



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Lvdovici Caroli II. Regis Siciliæ Filii, Ex Ordine
Minorvm Episcopi Tolosani Vita**

Sedulius, Henricus

Antverpiæ, 1602

Cap. I. De S. Ludouici regiâ stirpe, & puræ vitæ à tenerâ ætate primordiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42834

S A N C T I
 L V D O V I C I
 C A R O L I I I .
 R E G I S S I C I L I A E
 F I L I I ,

Ex Ordine Minorum , Episcopi
 Tolosani Vita.

C A P V T I .

*De S. Ludouici regiâ stirpe , & puræ vita à
 tenerâ ætate primordiis.*



V D O V I C V S patre Ludouicis parentes,
 Carolo II. rege Siciliæ,
 è Francorum regali
 stemmate; matre Mariâ
 Hungariæ regis filiâ, na-
 tus est. quo initio floren-
 tis ætatis aucti parentes,

aspectu sanctitatis B. Ludouici regis Gallia-
 rum, filium Ludouicum nominarunt : vt re- Nominis
 ferret mores cuius nomen exprimeret. Nec
 eis illatio.
 fefellit eos votum. Nam puer minimè indul-
 gebat puerilitati , vt pueri solent : sed pietate
 & grauitate morum mature senex, ætatem
 probitate, spem parentum incredibili virtute

B 2 supe-

Tenera
pietas.

superabat. Animum necquidquam volūptati relaxauit: sed conformans ad diuinum cultum, Deo studebat magno opere placere.

Quasi alter Salomon optauit, & datus est illi Sap. 7.
sensus: inuocauit & venit in eum spiritus sa. 7.
pietiae. quâ prædictus coætaneos qui bus cum educabatur, deliciis, iocis, lusibus puerilibus more principalium liberorum occupatos, nonnunquam subterfugiebat, ipsis sensu maior, non annis: stimulosque præsentiens diuini amoris, totum iam se tunc consecrabat precibus & pietati. Mirum sanè, quod à serenissimâ eius matre reginâ Mariâ accepi, & quibus erat illum cura educandi: nempe septennem, cùm adhuc delicate ac molliter

Aperitas. veluti Regis filius haberetur, inuentum esse sæpius spredo lecto humi cubuisse in tapetibus. Itaque sicut Ioannes Baptista pœnitentiam agens in pueritiâ, molles ac delicatas voluptates cœpit ineunte ætate abhorre: maturè ad eam se vitæ normam componens, quam semper teneret. quasi iam tum intelligens quod nondum legerat, Adolescens iu- Proa.
xta viam suam, etiam cùm senuerit non recedet 22. 6.

Mores
prob.

ab eâ. tenero animo totius probitatis grauitatem percepit, quā quoad vixit perseueranter seruauit. Frequentabat assiduè Scholas Spiritus sancti, templa & monasteria: tempestiuè cogitans, quod posteà deuotus impieuit. Mansuetudine, lenitate, patientiâ, elegantiâ morum, & maturitate erat incredibili, & suprà quā dici potest, tractabili ingenio.

ingenio. Hæc probitatis initia in tenello puerō, tanquam in herbis, significabant, quæ, quantæque fruges essent futuræ virtutis & sanctitatis.

CAPUT II.

*Cum duabus fratribus obſes datur pro patre. de
constantia eius in captiuitate.*

ATENIM cùm esset dilectus Dei filius, necesse fuit eum temptatione, quasi au-
Sap. 3. Gen. 25. 27. rum in fornace probari. Annis igitur puerili-
bus, exemplo sancti Patriarchæ Iacob, domi-
simpliciter actis; dispositione Dei flagellantis omnem filium quem recipit, cùm attigis-
set annum ætatis quartum decimum, missus
est in Cathaloniam pro liberando patre, fi-
lius Ludouicus obſes, cum duobus germanis
fratribus; ubi toto septennio constantiam
eius tum ipsa captiuitas, tum adhibiti custo-
des mirum in modum exercuerunt: plures
ut confirmaret piis exemplis, & salutaribus
monitis ad patientiæ virtutem animaret.
Aliquando rogatus, qui posset illi in tot ad-
uersis, tanta esse æquabilitas, idem vultus,
eadem frons: tum ille aduersa, inquit, amicis
Dei plus conducunt, quàm prospera. tunc
Deo subditi sumus, quando aduersis urge-
mur. Secundæ res mentem extollunt, atque
efficiunt ut Deum non cogites, non verearis.
Fortuna etenim ut ignarus medicus, cæcos

Mittitur
obſes in
Cathalo-
niam.

*Aduersa
probant
virum.*

B 3 eos